

A. D. 1312. — Isidore de Séville.  
Berne, Stadtbibliothek, Ms. 129, fol. 34.

Codex en parchemin. Grandeur : 32,5 × 23,5 cm. Notre Fac-simile donne les chapitres 3—8 du 6<sup>e</sup> livre des Etymologies de S. Isidore. A la fin, fol. 120<sup>r</sup>, on trouve la note suivante : *Hunc librum scripsit frater Iohannes de Ronchaux monachus Balm. In vigilia Penthecostes finivit anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> duodecimo. Quicumque legerit, dicat : Anima eius requiescat in pace. Amen. Amen. Amen. Amen. Amen.* Le Codex a donc été écrit en 1312 à l'abbaye bénédictine de Balma, en Franche-Comté, aujourd'hui Baume-les-Messieurs, auparavant Baume-les-Moines, département du Jura en Franche-Comté. C'est par Bongars que le Codex parvint à Berne. Voir la description dans Hagen, *Catalogus codicum Bernensium*, p. 181. Voir le texte dans Migne, *Patrologia latina*, t. 82, col. 235—238 (d'après l'édition d'Arevalo).

Minuscule gothique. Les lettres ne sont pas aussi pointues, ni aussi anguleuses qu'en beaucoup d'autres manuscrits de ce temps. Les titres des chapitres sont en rouge, les initiales des chapitres alternent en rouge et bleu : sur notre page **B, R, M** sont en rouge, **D, A, O** en bleu. Les hastes supérieures de **b, h, l** portent en haut, à gauche, un petit trait d'ornementation (I, 4).

Lettres isolées. **a** n'a pas encore la double panse ; il conserve la forme onciale, usitée aux siècles précédents (I, 3). **d** la plupart du temps a la forme ronde, quelquefois pourtant il a la forme droite (I, 11. 42. 43). **i** le plus souvent est surmonté d'un trait (I, 1. 6). Le trait vertical de **r** décrit souvent en bas une légère courbe vers la droite ; souvent pourtant il est droit ; l'épaule souvent est séparée du trait vertical (I, 1. 3. 4. 8) ; voir la forme de **r** rond après **o**, col. I, l. 36. 37. 38. **s**, à la fin des mots, a presque toujours la forme longue, rarement la forme ronde (I, 5) ; voir la forme de **s** rond, col. I, l. 9. 12 ; col. II, l. 8. 12. Le trait vertical de **t** dépasse le plus souvent la barre. **l'u** rond se trouve en général pour **u** et **v**, il n'y a qu'au commencement des phrases ou des membres de phrases que l'on trouve le **v** pointu (I, 8. 9 ; II, 33. 44).

Les abréviations sont nombreuses ; elles sont nettement formées et

faciles à transcrire. Le signe commun d'abréviation consiste le plus souvent en une barre, parfois pourtant, surtout après les lettres à hastes supérieures, on a un trait vertical, ondulé (I, 7. 15. 25 ; II, 40. 42). Les abréviations par lettres suscrites sont très nombreuses (I, 4. 5. 9) ; **re** est remplacé par un **e** suscrit, **er** par un trait vertical ondulé (I, 3. 5. 6. 11. 15). Dans la syllabe **io** on a supprimé **i** et dans **ione** **i** et **n** (*examinatio*, I, 1 ; *repositio*, I, 4). **L** a suscrit est ouvert ou fermé par un long trait (II, 4. 5. 23. 30). La note thronienne pour **et** est barrée par le milieu (I, 15). Voir la note thronienne pour **cum** (I, 33).

Les liaisons de boucles sont nombreuses ; voir par ex. **ce** (II, 38. 39), **co** (II, 4), **de** (II, 28), **de** (II, 1. 10), **le** (I, 5), **pe** (II, 13. 23).

Comme signe de ponctuation, tant pour les grandes que pour les petites pauses, on a un point, placé d'ordinaire à mi-hauteur des lettres (I, 4. 5. 8. 9). Les nouvelles phrases commencent par une grande lettre, la plupart du temps rehaussée par un trait noir (I, 4. 5. 10. 14).

A la fin des lignes on a quelquefois un trait d'union (I, 3. 4) ; souvent il est omis (I, 29. 42).

Le copiste écrit *linga* pour *lingua* (I, 16. 24. 28. 34), *loquantur* pour *loquuntur* (II, 25).

VI\*

torum imaginibus in atrio, quod de manibus magnificentissimum instruxerat. VI. Qui apud nos bibliothecas instituerunt.

Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Cesariensis conscripsit, Pistratum in sacre bibliothecae studio primus adaequare contendit. Hic enim in bybliotheca sua prope XXX voluminum milia habuit. Ieronimus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe querentes ordine persecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt. VII. Qui multa scripserunt.

Marcus Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Graecos quoque Caliterus miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit, quantos quisque nostrum alicui scribere propria manu vix posset. De nostris quoque apud Graecos Origenes in scripturarum labore tam Graecos quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique Ieronimus sex milia librorum eius se legisse<sup>3)</sup> fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio vel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit, ut diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam sed nec legere quidem occurrat. VIII. De generibus opusculorum.

Opusculorum genera esse tria. Primum genus excerpta sunt, quae graece scolia nuncupantur : in quibus ea quae videntur obscura vel difficilia, summam ac breviter perstringuntur. Secundum genus omelie sunt, quas Latini verbum appellant, quae proferuntur in populis. Tercium est thomi,<sup>2)</sup> quos nos libros vel volumina nuncupamus.

Omelie autem ad vulgum loquuntur. Thomi vero, id est libri, maioris sunt disputationis, dialogos duorum vel plurimorum, quem Latini sermonem dicunt. Nam quos Graeci dialogos vocant, nos sermones vocamus. Sermo autem dictus, quia inter utrumque seritur. Unde in Uirgilio : „Inter se multa serebant.“ Tractatus autem est unius rei multiplex expositio, eo quod trahat sensum in multa sententiis vel sententiis contractando secum. Differt autem sermo, tractatus et verbum. Sermo enim altera eget persona, tractatus specialiter ad se ipsum est, verbum autem ad omnes. Unde et dicitur : „Verbum fecit ad populum.“ Commentaria dicta quasi „cum mente“. Sunt enim interpretationes, ut commenta iuris, commenta evangelii. Apologium est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim<sup>4)</sup> aut negatione sola positum est, et est nomen graecum. Panagircum est licenciosum et lasciviosum genus dicendi in laudibus regum, in cuius compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a Graecis exortum<sup>5)</sup> est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit. Pastorum libri sunt, in quibus reges et consules scribuntur, a „fascibus“, id est potestatibus, dicta. Unde et Ouidii libri factorum

auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. III. De bibliotheca.

Bybliotheca a graeco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri. Nam „byblio“ librorum, „theca“ repositio interpretatur.<sup>1)</sup> Bybliothecam veteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a Caldeis, dum Iudei regressi fuissent in Ierusalem, divino afflatus spiritu reparavit ; cunctaque legis ac prophetarum volumina, quae fuerant a gentibus corrupta, correxit, totumque vetus testamentum in XXII libros constituit, ut tot libri essent in lege quot habeantur et littere. Apud Graecos autem bibliothecam primus instituisse Pistratus creditur, Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes, incensus Athenis, evexit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Graeciam retulit. Hinc studium regibus urbiusque ceteris natum est comparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes in graecam linguam vertendi. IV. De interpretibus.

Dehinc magnus Alexander, vel successores eius, instituendi omnium librorum bybliothecis animum intenderunt, maxime Ptolomeus cognomento Philadelphus, omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bybliothecarum Pistratum emularet, non solum gentium scripturas sed etiam divinas litteras in bybliothecam suam contulit. Nam LXX milia librorum huius temporibus Alexandriae inventa sunt. Hic et ab Eleazaro pontifice petens scripturas veteris testamenti in graecam vocem lingua ex hebraea per LXX interpretes transferre curavit, quas in Alexandrina bybliotheca habuit. Singuli siquidem in singulis cellulis separati ita omnia per Spiritum sanctum interpretati sunt, ut nichil in alicuius eorum codice inventum esset, quod in ceteris, vel in verborum ordine, discreparet. Fuerunt et alii interpretes, qui ex hebraea lingua in graecam sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symachus et Theodotion, sicut etiam et vulgaris illa interpretatio, cuius auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Frateres Vitam et Vitam editionem Origenes miro labore reperit et cum ceteris editionibus cooptavit. Presbiter quoque Ieronimus, trium linguarum peritus, ex hebraeo in latinum eloquium easdem scripturas convertit, eloquenter transfudit, cuius interpretatio merito ceteris antefertur. Nam est et verborum tenor et perspicuitate sententiae clarior, atque, utpote a christiano, interpretatio verior. V. Qui primum libros Romae.

Rome primum librorum nis advexit. Rome primum advexit Emilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto ; deinde Lucullus et pontica preda. Post hos Cesare dedit Marco Varroni negotium maxime bybliothecae construende. Primum autem bybliothecae publicavit Pollio, graecas simul atque latinas, additis auc-

<sup>1)</sup> Au lieu de *byblio* il devait y avoir le mot grec *βιβλίον*, de même *θήκη* pour *theca*. <sup>2)</sup> L'édition Migne porte *selgisse*. <sup>3)</sup> Dans le manuscrit *themi* ou *themi* ; voir la ligne suivante. <sup>4)</sup> *n*, entre deux points, est suscrit. <sup>5)</sup> Dans le manuscrit *extortum*.